

**Bonam gustationem!**



**Monstra culinaria ab America et Asia!**



**E Cina cum horrore!**

Scorpion Kebab, carnes scorpionum ceterorumque insectorum, ustae specubusque infixae, venum daturae –loricatis stomachis! -in Serensibus foris.  
In competitione cum Nipponico “Caccaburger”!



**C....acata Coffea!**

Pervenit in Italiam quoque Kopi Luwak, Arabica potio maximi existimata in orbe, elata e granulis depositis in Paradoxuri –mammiferi Indonesiae oriundi- escrementis. Magni pretii (500 €) maiorisque famae (quasi status-symbolum), eam bibere potestis in Mediolani ac Parmae thermopoliis (unum poculum 5 € pretio) aut emere, minore pretio, in interretis foro. Quid illa sapit? -fortasse requiritis... Socolatam, melassam, sacharum tostum ...Verumne? Testandum ut credatis! Homo autem est quod edit cotidie, id est...



Sumus ad fructus!




Durian fruit, fructus tropicalium finium perdulcis at horrido odore, “ cepae, -ut dicunt- cadaveris alitusque tuae aviae vetustae”!

### Cocoa an.....?



Denique, “in moreto cerasulum!”, placenta escrementis illita, non alia visu ac Vindobonensis Sacher! <<Gustatu quoque!>> –asseruit Mediolanensis coquus, in vinculis nunc iactatus!

Et, si volumus symposio frui, eligere possumus inter Colam cum alio et sucum e nidis avium...an potius bovis urinam !



Effectus post cenam ...



Scriptum a Lucia Mattera